¶ Construe Fides nr̄a q̄sita a nobis. scz i baptismo tā primū. i. cito. iō dicat primū. q: fides est prima inter oēs virtutes. vt ibi fides spes t charitas. radicet. i. ponat radices. sensib⁹ nr̄is. i. in mēte nr̄a. t fecūda spes. s. a fide. ꝑ quā. s. speramus vitā. cōgaudeat. t charitas. i. rabs virtus. extat maior. i. virtuosior. Juxta illud Maior autē horū est charitas

Plasmator hois deus qui cūcta solus ordinās
humū iubes pducere reptantis ꝫ fere genus.

¶ In hoc hymno cognoscit illud qō fecit deus in serta die. Rā creatis olim repilibꝰ: piscibus: ꝛ auibꝰ: ꝛ aliis bestijs dicta die. Serta die fouma uit deus holem ad ymaginē suā. ꝛ pcepit oibus aialibus. dicēs Crescite ꝛ multiplicamini ꝛ replete terraꝫ. Et dixit hoi. Piamini piscibꝰ maris. volatilibus celi. ꝛ vniuersis q̄ mouēt supra terrā. Posuitq; eū in paradyso daliriaꝫ. vt operaret ꝛ custodiret illū Intendit itaq; auctor rogare deū vt sicut deus fecit holem supiorē cunctis aiantibꝰ. sic dignet nos custodire vt non efficiamur inferiores bruis aiantibus ꝓpter petā nfa. Cur ergo holes creauit quos futuros prescibat malos. ideo q: pūidit quid mali essent facturi. sic etiā prouidebat qd boni esset facturi. Vel vi Quis nouit sensū dñi. aut qs fuit cōsiliarius eiꝰ. Ad Rom. xi. ¶ Cōstrue O deus plasmator. i. creator hois. s. ade. q solus ordinans cuncta. i. disponens ola. iubes. i. pmittis ꝓducere humū. i. ecclesiaꝫ. s. bonos ꝛ malos holes ꝛ genus reptantis. i. serpentis. fere. i. bestie.

Qui magna rerum corpora dictu iubentis viuida/vt
seruiat per ordinem subdens dedisti homini

¶ Construe O tu deꝰ q fecisti dictu inbētis. i. verbo filij tui. magna corpora. i. iumenta. pecora. bestias. olm. s. rex diuersaꝝ. viuida. i. aiata. ꝛ subdens. i. supponens illa aialia. dedisti homini: vt seruiāt. s. p ordinē. s. vnū quodq; aial seruiat homini. I illo ad quod ordinatū est a natura. vt oues lepores. porcos ad comedendum. ꝛc.

Repelle a seruis tuis quicquid per immundiciā aut mo
ribus se suggerit aut actibus se interserit.

¶ Construe O deus repelle. i. remoue a tuis seruis. qcqd suggerit. i. infert se p immūdiciā. i. p aliquā superfluitatē vel per sordidā comestionē aut moribus. s. malis. q sez ex cōsuetudine peccandi se abstinere nō pñt a pcis aut interserit. i. miscet se actibus. s. puersis.

Da gaudiorum premia/da gratiaruꝫ munera/ dissol
ue litis vincula/astringe pacis federa.

¶ Cōstrue O deus. da premia. i. remunerationē gaudioꝝ. s. eternoꝝ. da munera gratiaꝝ. i. dona spūsci. dissolue vincula litis. i. petā odij. ꝛ astringe. i. coniunge. federa pacis. i. concordia salutis

Summe deus clementie/mundiq; factor machi
ne/vnus potentialiter/trinusq; personaliter.

¶ Materia huius hymni est cognitionē habere trinitatis in vnitate. ꝛ vnitatis in trinitate. Intendit auctor rogare deū. vt cingat lūbos nros

cingulo castitatis. ꝛ durat. i. inflamet vel repleat corda nostra. igne spūs
ci. vt casto corpore ꝛ mūdo corde seruire deo possum⁹. ¶ Cōstrue. O de
us summe clemētie. i. altre pietatis. factor. i. creator mundi. i. vniuersi. q̄
p ꝛ. machine sanctoꝝ. supplic qui es potentialiter vnus. i. in potētia ſm
diuinitatem. ꝛ trinus personaliter. ſ. in personis.

Nostros pius cū canticis/fletus benigne suscipe/ quo
corde puro sordibus/te perfruamur largius

¶ Construe. Et tu pius (p̄ pie) suscipe benigne nostros fletus. i. lachry
mas cū cāticis. i. cū hymnis vel laudibus. quo p̄ vt. pfruamur te largi⁹
i. amplius. ꝛ hoc corde puro. i. mundo. sordibus. i. a vitijs.

Lumbos iecurq̄ morbidum/adure igne congruo: ac
cineti vt sint perpetim/luxu remoto pessimo

¶ Construe. O deus adure. i. accende igne cōgruo. i. spūsancto. lūbos
nostros. ꝛ iecur ꝛ eparç Et nota q̄ hec tria. ſ. iecur cerebrū ꝛ lumbi co-
gunt hoiem peccare) vt sint accincti. i. vt lumbi sint casti contra libidinē
perpetim. i. semper. pessimo luxu remoto. i. depposita luxuria. que multos
pro ghdolor ducit ad gehennam.

Vt quicq̄ horas noctium/nunc concinendo rūpimus
donis beatis patrie ditemur omnes affatim

¶ Construe. Et quicq̄. i. quicunq̄ concinendo. i. psallendo. rumpimus. i.
per vigiliam diuidimus horas noctium. q̄ tunc bonū ꝛ quietum est ora
re. vt ditemur. i. diuites efficiamur. affatim. i. abundanter. beatis donis
patrie. i. beatitudine patrie celestis Ad quem xp̄us indignetur nos per
ducere. Amen.

Aurora iam spargit polum: terris dies illabit̄
lucis resultat speculum: discedat oē lubricū.

¶ Iste hymnus cōtinuatur sup̄iori. q̄ nos rumpimus horas noctiū. vt
nos oēs ditemur. ꝛ diuites efficiamur in xp̄o . Et ecce aurora. i. xp̄s iam
spargit polum. i. illuminat corda hoiꝝ. Dotatur etiā nos vt sic nos viua
mus in hoc seculo. vt illū verbum lete audire mereamur. ſ. Venite bene
dicti patris mei. ꝛc. Rā finito mundi termino. pcōres ꝓpetuis tradent
tenebris. Fideles vero ꝛ iustos non in nocte sed in luce ponet. Et hoc ē
q̄ p̄camur. ¶ Construe. Aurora. i. xp̄s illabit. i. mergit terris. ꝛ aurora.
i. xp̄s spargit polū. i. illuminat mentes vel ecclesiā. ꝛ speculū. i. pulchri-
tudo vel aspectus: lucis. i. claritatis. resultat. i. gaudet. ꝛ ideo oē lubricū
i. peccatum. discedat. scz a nobis.

Fantasma noctis decidat: mētis reatus subruat: ḳ=
quid tenebris horridum: nor attulit culpe cadat.

¶ Cõstrue. Fantasma.i.fantasia vel illusio noctis.i. dyaboli.decidat.i.recedat a nobis:t reatus.i.culpa mẽtis.subruat.i.cadat a nobis.t quicquid horridũ.i.deforme.nox.i.dyabolus vel nocturna cogitatio attulit nobis tenebris.s.obscuritatis.cadat.i.recedat a nobis.

Ut mane illud vltimum quod prestulamur cernui: i lucem nobis effluat/dum hec canore concrepat.

¶ Constrae. Ut mane illud vltimũ.s.iudicium futurum.vt aducnt? xp̃s i iudicium.quod prestolamur.i.expectamus.speramus cernui.i.prosp cui.effluat.i.eueniat nobis in lucem.duz hec.i. nox concrepat.i.resonat canore.i.cantu seu laude.

¶ Ꝛ more docti mystico:seruemus hoc ieiunium: deno dierũ circulo:ducto quater notissimo.

¶ Materia huius hymni est cõmendatio ieiunij.t hortamur ieiunare t deo seruire,t hoc tempore ieiunij sine ofoibus t bonis operibus plusq̃ in alijs diebus.vt inde habeamus vitam eternam. ¶ Cõstrue. ℞ ffrẽa seruemus hoc ieiunium,in quo modo sumus.s. caste t honeste nos docti i.instructi.ex mystico more.i.figurata consuetudine . t hoc deno circulo i.numero denario.dierũ quadraginta.notissimo.i.manifestissimo ducto, i.multiplicato.quater.i.per quatuor

Lex ℞ prophete primitus:hoc pertulerũt post modũ xp̃s sacrauit oĩa:rex factor atq̃ temporum

¶ Constrae. Lex data per moysen t pphete.s. heiyas t alĩ pertulerũt hoc ieiunium, primitus.i.primo.t xp̃s rex omniũ hominum.atq̃ ꝓ t.factor.i.creator temporum sacrauit.i.sanctificauit illud postmodum.i. post moysen t prophetas.qi ieunauit ꝓ quadraginta dies donans nobis exemplum.vt eratem ieiunemus.

Utamur ergo partius verbis cibis ℞ potibus:somno iocis ℞ artius:prestemus in custodia.

¶ Constrae Et qi pphete t postea xp̃s ꝓsecrauerũt hoc ieiunium Utamur partius.i.temperatius.verbis inutilibus.cibis t potibus.i. a superfluitate comestionis t ab ebrietate.qi mediante crapula nos labimur in peccatis,t venter mero estuans de facili spumescit in libidinem,t nõ solum istis vtamur partius.sed etaz somno nimio,t iocis illicitis.t prestemus.i.perseueremus.in custodia anime nostre.

Uitemus ante pessima:quecq̃ subruũt mẽtes vagas nullumq̃ demus callido hosti locum tyrannidis.

¶ Constrae. Dico q̃ relictis vitijs prestemus in custodia virtutum.set) Uitemus.i.abijciamus a nobis.ante.id est prius.pessima id est peccata

vel prava opera: quęq; subuñt. i. opprimunt. mẽtes vegas. i. ad malus prouas. q; p t. nullũ p non t vllum. t nõ demus callido hosti. i. diabolo. vllum locũ. i. aliquã occasionem tyrannidis. in nobis.

Dicamus omnes cernui: clamamus atq; singuli plo remus ante iudicem/flectamus iram vindicem.

¶ Construe. Postq; abiecimus a nobis peccata p cõtritionẽ immedis te. oẽs nos cernui. i. humiles. dicamus. s. nostra prava opera p cõfessionem. atq; p t. t nos singuli. i. oẽs nos simul. vl singuli. i. separatim (q̃libet p se) clamemus. i. vocaferemus. ea ploremus. i. defleamus. ante iudicem. i. dñm iuste iudicantẽ. vt p flętum flectamus. i. mitigemus. iram vindicem. i. iuste vindicantem. si non emendemus.

Nostris malis offendimus: tuam deus clementiam: effunde nobis desuper: remissor indulgentiam.

¶ Construe. Et q̃uis nos peccatores offẽdimus. i. te nobis iratũ vel iratũ fecimus. tamẽ o deus qui es misericordia plenus. deus dico remissor. i. dator. effunde. i. emitte nobis. s. peccatoribus. desuper. i. de celo indulgentiam. i. peccatorum veniam.

Memẽto qđ sumus tui licet caduci plasmatis ne des honorem nominis: tui precamur alteri.

¶ Construe. O deus memẽto. i. memor esto q̃ nos sum⁹ tui. s. p creationem. q̃uis sumus alieni p peccati ꝓpationem. t ꝫ sumus caduci. i. credito cadentis plasmatis. i. nature vel fragilis materie. tñ supple nos precamur. nc p vt t non. vt non des alteri q̃ nobis honorẽ. i. laudẽ tui nois supple glorioſi. Qui ad hoc nos ex bonitate tua deus plasmasti.

Lara malũ qđ gessimus/auge bonum qđ possimus/ placere quo tandem tibi possimus hic t perpetim.

¶ Cõstrue. Et q̃ nos precamur vt nos pre ceteris te honoremus. ideo. O deus lara. i. solue malum. i. pctm. quod. scz nos gessimus. i. fecim⁹. et auge. i. multiplica bonum quod nos poscimus. i. petimus. quo pio vt. vt possimus. i. valeamus placere tandem. i. in fine. vbi. scz a te. hic. i. in presenti. t perpetim. i. in futuro.

Presta beata trinitas/concede simplex vnitas/ vt fructuosa sint tuis ieiuniorum munera. Amen.

¶ Construe. Quibus solutis a peccatis. o beata trinitas supple. plasmatũ. t o simplex vnitas. i. o deus q̃ es vnus per essentiam. presta. i. precibe t concede. i. largire. vt munera. i. dona que prouenĩt. nõ de nostris meritis. sed ex tua gratia. ieiuniorum. i. abstinentiarũ. sint tuis. supple famulis fructuosa. i. fructu plena. Amen

Christe qui lux es & dies/noctis tenebras detegis
Lucisq; lumen crederis/lumen beatũ predicans

¶ Materia huius hymni est q̃ deprecari debem⁹ deũ: vt det nobis dẽ tã noctẽ: & vt defendat nos a ꝓfido hoste. Oculi sic somnũ capiãt: q̃ cor semper ad deum vigilet. Jdeo. ¶ Construe O xp̃e qui es lux angelor & illuminator oim sanctor. Unde ipse dixit. Ego sum lux mundi. i. xp̃s q̃ illuminat omnem diem: & parat omnẽ lucẽ. Cum autem mirabile sit. q̃ sicut pater est lux: & filius sit lux. ita & spũs sanctus sit lux. non tamẽ tres luces: sed pater filius & spũs sanctus vna et inseparabilis est lux sicut in hac dictione lux sunt tres littere & vnus sonus. cui ad significationẽ ipsius sensus aliq̃d addi vel minui non potest. sic quoq; tres ꝑsone sũt vna eãdẽ deitas est naturaliter: cui addi vel minui non potest. non ei dei tres luces est. q̃ si essent diuerse essentie vna lux non esset. quia q̃cquid corporaliter diuidi non potest in illa substantia q̃ diuisionem nõ patitur nõ potest dici. Detegis. i. aperis tenebras. i. versutias. noctis. i. diaboli. & credens lumen lucis. i. patris: supple tu predicans. i. promittens apostolis beatum lumen. i. spũm sanctum.

Precamur sancte domine defende nos in hac nocte/
Sit nobis in te requies/quietam noctem tribue.

¶ Construe. O sancte domine precamur. i. rogamus. defẽde nos a viris & ab insidiatorib⁹ nr̃is. i. demonib⁹ (qui tanq̃ leones rugientes circũeunt querentes quẽ devorent) in hac nocte. i. in presenti vita. & requies sit nobis in te. i. vt tecum requiescamus in celesti patria: et tribue. i. concede quietam noctem. i. tranquillam.

Ne gravis sõnus irruat/nec hostis nos surripiat nec
caro illi consentiens/nos tibi reos statuat.

¶ Cõstrue Ne gravis somnus. i. ne grave peccatũ vel dilectio peccati. irruat. i. opprimat nos: nec hostis. i. diabol⁹ surripiat nos. i. fraudulenter decipiat: nec caro nostra consentiens illi. scz dyabolo in peccatis: statuat nos reos. i. culpabiles & peccatores tibi.

Oculi somnum capiant/cor ad te semper vigilet/dex-
tera tua protegat famulos qui te diligunt.

¶ Quãuis dico q̃ gravis somnus non irruat tñ nõ dico q̃ oculi somnũ non capiant. imo aliquantulũ capiãt. ¶ Construe. Oculi capiãt somnũ scz moderate. & cor. i. mens nr̃a vigilet semp ad te. & dextera tua. i. miseri cordia tua. ꝓtegat famulos tuos qui te diligunt.

Defensor noster aspice/insidiantes reprime/guberna
tuos famulos quos sanguine mercatus es.

¶ Cõstrue. O defensor noster aspice nos. t reprime illusiones. i. oem̃es q̃ semp̃ insidiant nobis. t nos id petimus vt dey eos reprimat t restringat ne tñ nocere valeant ꝑtũ volũt. ¶ Nota q̃ maligni spũs tres hñt habitationes. s. in inferno. in terra t in aere. Illi q̃ in terra manẽt i duas partes diuiduntur: t vocãtur ierue t ieues. Ierue i nocte iedũt t ieues i die. guberna tuos famulos quos mercatus es. i. redemisti sãguine tuo

Memento nostri dñe/in graui isto corpore/qui es defensor anime/adesto nobis dñe.

¶ Et q: redẽpti sumus sanguine xp̃i. ideo debemus voluntati eius satisfacere. t p̃ceptis suis p̃ salute nr̃a nosmetipsos onerare t iugiter applicare. vñ. Dauid. Preceptum dñi lucidum illuminãs oculos ¶ Cõstrue O dñe memento nr̃i. in isto graui corpore. s. corruptibili. o dñe adesto nobis. scz ad defensionem nostram. q̃ es defensor anime.

Summi largitor ꝓmissi/spes q̃ esvnica mundi
ꝓces intende seruorũ/ad te deuote clamantũ

¶ Iste hymnus seruit p̃ tp̃e quadragesimali: in quo autor rogat deũ. vt dignet suos deuotos famulos exaudire: ꝓscietias nr̃as mũdare. ieuniũ quoq; nr̃m acceptare. vt eo mediãte digne capiam⁹ paschalia sacramẽta. ¶ Cõstrue. O largitor. i. dator sũmi ꝓmiss. i. eterne beatitudinis. q̃ es vnica spes mũdi. i. in quẽ solus mũdus d3 sperare. tpe enĩ est solus dñs a quo omne bonũ descendẽs. t alij sancti p̃ nobis intercedere possunt apud dñm: vt optinere possumus rogata nr̃a. sed largire nobis punctualiter nõ possũt. Etiaz sua in carnatõe t passione: mecnõ t morte precipue redẽpti sumus. t nõ passionib⁹ alicuꝰ sctõꝝ. quare merito dr Unica spes mũdi. intende. i. attende t suscipe p̃ces seruorꝝ. s. tuorꝝ clamantũ deuote. i. humiliter ad te. i. ad tuam miam

Nostra te conscietia graue se offendisse mõstrat: quã
emunda supplicamus ab omnibus piaculis

¶ Dic amote patientis t inferni detegit pumo vulnus. i. defectũ suum t inde opem medicantis implorat. ¶ Construe Nostra ꝓscientia. i. ratio discretiua. monstrat. i. indicat t fatetur se offendisse. i. ad iracundiam prouocasse t cõmouisse. te. graue. i. grauiter. quam conscientiaz. nos supplicamus. o xp̃e emũda. i. purga. ab oibus piaculis. id est mendis t maculis peccatorum.

Si renuis quis tribuet/indulge quia potẽs es/si cor-
de rogamus mundo/certe debes exꝓmissio.

¶ Disputat bono modo cũ dño ¶ Cõstrue. Quia si renuis. i. negas vel recusas p̃ces nr̃as exaudire t ꝓscientiaz nr̃am purgare a criminib⁹. q̃ tribuet (quasi diceret) nullus q: tu solus peccata dimittis. ergo indulgẽ

id est peccata dimitte. adhibe medelam ⁊ condescẽde nobis ad subueniendũ: q: tu potens es. i. tu solus ex oi potẽtia tua habes. Tibi eñ ꝓprium est misereri ⁊ parcere. quare ꝙ maius est. si nos rogamus mundo corde. i: puro cõtrito ⁊ cõfesso corde. tu debes. i. teneris certe. i. veraciter ex ꝓmisso. i. ex ꝓmissiõe Dixisti eñ ad ℘etrũ. ꝙ dimitteret peccata non solũ ꝓpcia. sz ꝓpe septuagesiessepties Et alibi ꝺr In quacũqꝫ hora i gemuerit peccator: iniquitatum eius non recordabor. Et ũc. q: ꝓmisisti o deus quasi ex debito obligaris

Ergo accepta hoc nostrum/ qui sacrasti ieiunium/ quo mystice paschalia capiamus sacramenta.

¶ Cõcludit cũ oratione. Ergo q: tu potẽs es ⁊ teneris. pio modo ex ꝓmisso. tu q̃ sacrasti ieiuniũ. pfonaliter ieiunando. accepta. i. suscipe vl̃ gratũ habe. hoc nostrũ ieiuniũ. qõ facimus. quo mediante vt capiam⁹. i. accipiamus paschalia sacramẽta. s. cõcationẽ corporis ⁊ sanguinis tui. mystice. i. sacramentaliter. digne cum effectu.

Sũma nobis hoc conferat in deitate trinitas/ in qua gloziatur vnus per secula deus. Amen.

¶ Construe Sũma trinitas personaꝝ in deitate. ꝓferat nobis. i. tribuat vel ꝓferre dignet. hoc qõ statim rogatũ est. in qua trinitate. vnus de⁹ p essentiã gloziatur. i. leratur. ⁊ regnat ꝑ cuncta secula. i. eternaliter.

AUdi benigne conditor nostras ꝓeces cũ fletibus/ in hoc sacro ieiunio fusas quadragenario

¶ Materia huius hymni est cõmendatio ieiunii ⁊ hortat nos ieiunare. ⁊ deo seruire. ⁊ in hoc tpe ieiunij in ofoibus plusqꝫ in alijs tpibus insistere debem⁹. vt i die iudicij vitã habeam⁹ eternã. ¶ Cõstrue ℴ benigne cõditor. i. creator oim rex. audi preces nras cũ fletibus. i. cũ plorationibus preces dico fusas. i. effusas in hoc sacro quadragenario ieiunio. i. in nũero quadraginta dierum. in quibus ieiunare debemus.

Scrutator alme cozdium: infirma tu scis virium ad te reuersus exibe/ remissionis gratiam.

¶ Construe. Et q: fũdimus ꝓces. o alme scrutator. i. inquisitor cordiũ nrorũ. bñ dico scrutator. q: tu scis. i. cognoscis infirma virtutũ. ideo exhibe. i. dona. reuersus ad te. i. penitentibus. remissionis gratiam

Multum quidem peccauimus sed parce cõfitentibus ad laudem tui nois: confer medelam languidis

¶ Construe. Nos peccauimus quidem multum. sed parce cõfitẽtibus peccata sua. ⁊ confer languidis. i. peccatoribus. medelam. i. remissionez ad laudem tui nominis.

Sic corpus extra conteri dona per abstinentiam: ieiunet vt mens sobria a labe prorsus criminum

¶ Construe Et conferendo medicinam dona corpus conteri. i. castigari extra p abstinentiã. ꝛ dona vt sobria mẽs ieiunet. prorsus. i. omnino. a labe criminum. i. peccatorum.

Cce tempus idoneum: medicina peccaminum quibus deũ offendimus: corde verbo operibus

¶ In hoc hymno hortamur vt ab oi pctõ abstineam⁹. ꝛ rogem⁹ deũ cũ lachrymis ꝛ ꝓcib⁹: vt ipe remittat nobis pctã nra: ꝛ nos mũdet ab oi vitio in tpe h⁹ ieiunij: qr xps pius est ꝛ misericors. ¶ Construe. O ffes. ecce tps idoneũ. i. cõgruũ ad pctã remittendũ. qõ tps est medicina peccaminũ. i. pctõr ꝗbus. s. pctis offendimus deũ. corde. i. vana cogitatõe verbis. s. iniquis. turpiloquijs. operibus. i. prauis actibus.

Qui pius ꝛ propicius nobis pepercit hactenꝰ: ne nos cum nostris perderet tantis iniquitatibus.

¶ Construe. Dico q verbo ꝛ opere deũ offẽdim⁹ Qui. s. de⁹ existẽs pi⁹ ꝛ propicius. i. misericors pepcit nobis hactenus. i. hucusq. ne fm mala opera nra. nos pariter cũ nris tantis iniqtatib⁹ pderet. i. cõdẽnaret. Sz ita pepercit nobis: vt mediãte paterno auxilio. ad xpm veniam⁹. ꝛ ãmodo in bonis operibus perseueremus

Hunc igitur ieuniis/cum precibus ꝛ lachrimis/multisq bonis alijs placemus deuotissime

¶ Construe Et q pepercit nobis misericorditer. ergo Placemus. idest placatum nobis faciamus: hunc. s. deum. ieuniis. i. cum abstinentia cibi ꝛ potus. ꝛ cum precibus. i. cum orationibus assiduis Quia ipe ait Petite ꝛ accipietis. Iterum Amen amen dico vobis. quicquid orantes petitis. credite ꝛ fiet vobis.

Ut nos a cunctis sordibus/purgans ornet virtutib⁹: angelicis ꝛ cetibus: nos iungat in celestibus.

¶ Construe Dixit q placemus eũ deuotissime. Ut ipe purgãs nos a cũctis sordib⁹: i. pctis. ornet nos virtutibus. ꝛ faciat nos psecutores i eis ꝛ q iungat nos angelicis cetibus. i. celestibus. i. in regno celorũ.

Sit benedictus genitor: eiusq vnigenitus: cum spiritu paraclyto/in sempiterna secula. Amen.

¶ Construe Genitor. i. deus pater sit benedictus. ꝛ eius vnigenitus id est xps (qui est filius dei) cum spiritu paraclito. id est consolatore in sempiterna secula. Amen.

Clarum decus ieiunij: monstratur orbi celitus
qđ xp̃s auctor olim: cibis dicauit abstinens.

¶ In hoc hymno hortat & admonet nos autor ieiuniorꝫ. humilitatē & in de auctoritatē haberet a xp̃o efficaciā. & vt antiqui patres (moyses & helias) cōsecuti sunt vitā eternā. ita & nos cōsequamur. ¶ Construe. Clarꝫ decus. i. cōmendabile ieiunij. monstrat. i. datur orbi. i. mundo. celitus. i. de celo. qđ ieiuniū xp̃s supple existens. auctor. i. creator olim. s. rex. dicauit. i. sanctificauit. abstinens cibis. i. a cibis

Hoc moyses charus deo: legisq; latoꝫ factꝰ est: hoc helyam per aera: curru leuauit igneo.

¶ Construe. Moyses factus est charus. i. dilectus deo. hoc. i. ieiunio. i. p hoc ieiunium. qđ p & moyses factus est legislatoꝫ. i. datoꝫ legis diuine hoc. i. p hoc ieiunium. & hoc (scz ieiunio) leuauit. i. vexit helyam. s. pphetam. igneo curru. i. quadriga ignea: p aera. i. p aerem. Quia cum helyas transgressus esset iordanem cum discipulo suo. Helyseo. fugiens ꝓsecutiones Jezabel. raptus est helyas in curru igneo in paradisum terrestrē pallio suo dimisso. Helyseus autem pallio leuato reuersus est ad iordanem: & percutiens aquam cum pallio: cessit aqua iordanis & transiuit p pheta sicco pede.

Hinc daniel mysteria: victoꝫ leonū viderat: hoc amicus intimus/sponsi iohannes claruit.

¶ Construe Daniel ppheta existens victoꝫ leonū. i. leones non nocuerunt eī. viderat p spīm sc̄m misteria. i. secreta (q̄ nemo aliꝰ scire potuit) hinc. i. p hoc ieiunium. iohannes baptista claruit. i. factus est. intimꝰ amicus sponsi. i. xp̃i p hoc scz ieiunium.

Hec nos sequi dona deus: per exēpla parsimonie: tu robur auge mentiū: dans spiritale gaudium.

¶ Construe. Et quia isti facti sunt sancti per hoc ieiunium. ☙ deus dona. i. concede nobis christianis. vt possimus sequi. i. imitari. hec scz ieiunia. per exempla parsimonie. i. abstinentie cibi & potus. & tu auge robur id est fortitudinem mentium. i. cordium. dans. i. donans spiritale gaudiū id est leticiam spiritus.

Pr̃esta pater per filium: pr̃esta per almum spiritum/cum his per eum triplici/vnus deus cognomine.

¶ Construe. ☙ pater presta. i. dona nobis hec que supra petiuimꝰ p filiū tuū vnigenitū: & presta p almū spīm. tu dico existēs vnus deꝰ in essentia. cū his. i. cū filio & spūsc̄o. triplici cognoie. i. sub tribus distinctis noībus. p eum. i. eternaliter vel inuper petuum.

Iesu quadragenarie: dicator abstinentie: qui ob salute mentium: hoc sanxeras ieiunium.

¶ Iste hymnus est de recōmendatione ieiunij. Dirigatur oratio adiesū xpm dei omnipotentis tanq̄ ad causam efficientē ieiunij & instituētē primitus ad finē. vt in littera. Primi tres versus cōdependēt vt patebit. Primus versus sic. ¶ Construe. O iesu dicator. i. sanctificator & cōfirmator quadragenarie abstinentie. i. quadragesimalis ieiunij. (Quadragenarius quinquagenarius. totū numerū collectum dicunt. sed quadragesimus. qui quagesimus dicit dūtaxat vltimū ex numero) qui sanxeras. i. instituteras & sanctificaueras. dum adhuc in terris cōuersabaris quadraginta dies continuo ieiunans nobis in exemplum hoc ieiunium qō seruandum singulis annis ecclesia de post ordinauit. ob salutē. i. propter redemptionē et vtilitatem mentiū. i. animarum nostrarum. Prout sequitur.

Quo paradiso redderes: seruata parsimonia: quos inde castimargie: huc illecebra depulit.

¶ Construe. Quo. i. vt tu redderes. i. restituteres paradiso celesti. & hoc dico parsimonia obseruata. i. abstinētia voluntaria cibi & potus custodita & obseruata. supple illos homines. quos ille cebra. i. illicita actio vel peccatū castimargie. i. castitatē mergētio. i. gulositatis & inordinate sumptiōis cibi et potus. vnde cadimus in continentiam. cū cōtrario Sine cerere et bacho friget venus. depulit. i. expulit inde. i. a paradiso huc. i. in hūc mundum. i. vallem lachrimarum & miserie.

Adesto nunc ecclesie: adesto penitētie: qua pro suis excessibus: orat profusis fletibus.

¶ Hic perficitur sententia priorū versuū. sic. O iesu adesto nunc ecclesie tue militanti contra hostes suos. adesto penitentie. vt te adiuuāte efficiatur qꝫ penitentia supple ecclesia. orat pro suis excessib⁹. i. pctis. & hoc dico flendus. i. lachrimis. profusis. i. effusis.

Tu retroacta crimina: tua remitte gratia: et a futuris adhibe: custodiam mitissime.

¶ Alia petitio in hunc modū. ¶ Cōstrue o iesu tu remitte. i. dimitte. crimina. i. peccata nostra. retroacta. i. priusfacta. tua gratia. i. per tuam benignitatem. & o mitissime iesu adhibe custodiam. i. concede nobis gratiā cauendi a futuris criminibus. & ne recidiuemus in priusc̄omisse cōfessa et iam remissa in finem sequentem.

Vt expiati annuis: ieiuniorum victimis: tendamus ad paschalia: digne colenda gaudia.

¶ Construe. Vt nos expiati. i. mundati a peccatis nris. annuis victimis

id est sacrificijs singulis annis. fieri solitis in cōmemorationem actionis xpi ieiuniorum. tendamus. i. procedamus ⁊ perueniamus melius dispositi ad gaudia paschalia. i. paschales solēnitates. colenda. i. agenda et exercenda. digne. i. debite: laudabiliter ⁊ decenter. Ille est etiā vna causa institutionis ieiuniū inter alias q̄ plures: vt per ipsum fiam⁹ ydonei ad celebrandum pascha. ⁊ ad capiendū paschalis sacramēta. sicut tetigit hymnus precedens in quarto versu.

Vexilla regis prodeunt: fulget crucis mysterium
quo carne carnis cōditor: suspēsus ē patibulo.

¶ Materia huius hymni est (teste Ambrosio) q̄ passio dñi venit. Dicit ergo q̄ vexilla regis. i. xpi iam prodeunt. Vexilla xpi sunt baptismus eu charistia ⁊ alia ecclesie sacramenta. ¶ Construe. vexilla. i. signilla regis. i. xpi. pdeūt. i. apparent. misterium. i. sacrificium crucis fulget. i. claret. q̄ expugnauit diabolum. quo. s. misterio conditor. i. creator. carnis. s. humane est suspensus carne. s. propria. patibulo. i. cruce.

Confixa clauis viscera: tendens manus vestigia: redemptionis gratia: hinc immolata est hostia

¶ Construe. Ego dixi q̄ xps suspensus est patibulo. i. cruce: ideo xps est hostia immolata. Vel sic (scz in ara crucis) gra redēptionis. i. saluatio generis humani. tendēs. i. extendens manus. s. suas in cruce. ⁊ tendēs vestigia sanguinis ipsius. Et p hoc notat q̄ sanguis fluxerat p totū ciuꝰ corpus. tendēs dicoviscera innumerabilia. q̄ intātū fuit extensus xps i cruce q̄ oia mēbra ciuꝰ poterant numerari. ꝓfixa. i. perforata clauis. sūt enī claui positi in manibus ⁊ pedibus suis. ⁊ lācea in latere suo. ⁊ inde exiuit sanguis ⁊ aqua. exinde dico manauit sanguis redēptiōis nostre. ⁊ aqua baptismatis. ex quibus nos regeneramur in fonte ⁊ in sacro baptismate

Quo vulneratus insuper: mucrone dire lācee: vt nos lauaret crimine: manauit vnda sanguine.

¶ Cōstrue. Ecce mysteriū crucis fulget per totum mundum. q̄ p crucē habeamus altare. per corpus xpi hostiam: per sanguinem vinū. ⁊ per sudorē aquā. ex quibus sacrificium facimus singulariter. q̄ ex immolatione crucis sibi fit altare. ⁊ ideo per crucem habemus altare in quo sacrificamus. quo. i. in quo patibulo xps fuit vulneratus. insup. i. super vulnerationē clauoꝝ. mucrone. i. acumine. dire lācee. i. crudelis cuspidis. ⁊ hoc vt xps lauaret nos a crimine. i. a peccatis. vnda. i. aqua manauit. i. effluxit sanguine. i. cum sanguine.

Impleta sunt que concinit: dauid fidelis carmine: dicendo uationibus: regnauit a ligno deus.

¶ Et eo tpe ꝑpetrata sunt q̄e scripta sunt de xpo p prophetas. Eo tpe

ſumens aceti in cruce cū ſpongia dixit. Conſūmatū eſt ¶ Conſtrue. Ꝑ
la ſunt impleta. iicōpleta in xpo. q̄ dauid propheta. exiſtens fidelis conci
nit. i. prophetauit. carmine. i. pſalterio. dicēdo. i. prophetando nationibus
i. olim gentib⁹. deus regnauit a ligno. ſ. crucis. Qui poſt paſſionem ꝛ mo
tem ſuam amariſſimam. reſurrexit regnaturus eternaliter.

Arbor decora ⁊ fulgida ornata regis purpura: electa
digno ſtipite: tam ſacra membra tangere.

¶ Et q̄ pependit in cruce: poſſumus proferre vocē admiratiōis ¶ Cō
ſtrue. O q̄ decora ꝛ fulgida arbor: ornata. i. fulcita. purpura. i. ſanguine
regis. i. xpi arbor dico electa. tāgere. i. portare tam ſancta membra. ſ. xpi
digno ſtipite. i. ſancta cruce.

Beata cuius brachiis: ſecli pependit filium: ſtatera fa
cta corporis: prędamq̄ tulit tartaris.

¶ Conſtrue. Vere beata fuit arbor vl crux. in cuius brachiis. i. cornibus
patibuli ſecli. i. mundi. pependit. arbor dico facta ſtatera. i. trutina. corporis
. i. xpi. q̄. p ꝛ. ꝛ tulit. i. abſtulit. predā. i. ſpoliū. tartari. i. inferni. vel tartaris
i. ex infernis. Quia xpo deſcendit ad inferna. liberās alias ſanctos ¶ Iā
oratio dirigitur ad crucem hyperdulie.

O crux aue ſpes vnica: hoc paſſionis tempore/ auge pi
etatem iuſticiam: reisq̄ dona veniam.

¶ Conſtrue. Et q̄ ſtatera es facta. O crux ave. i. ſalve. tu vnica ſpes nr̄a
auge. i. multiplica pīs iuſticiā. i. pietatē. hoc tpe paſſionis. ꝛ dona reis. i.
peccatoribus. veniam. i. remiſſionem.

Te ſumma deus trinitas: collaudat omis ſpūs: quos p
crucis myſterium: ſaluas rege per ſecula.

¶ Cōſtrue. Et q̄ nos deus redemit ſuo ſanguine. ideo o ſumma trinitas
i. deus omipotens. omis ſpūs collaudat te. ꝛ quos ſcs homines. ſaluas per my
ſteriū crucis. i. paſſionem. rege per ſecula. Amen.

Q Ultor dei memento te fontem ⁊ lauacri rorem
ſubiiſſe ſanctum te chriſmate innouatum

¶ Autor pīus hymni. Prudenti⁹. ꝛ ſolet cātari ab eccleſia in quadrage
ſima. In quo hymno alloquitur quēlibet chriſticolā. vt ſit memor benefi
cior dei cū cōſilio. vt cū iturus ad quietā nocturnā ſignet ſe ſancta cruce
Cui⁹ rationē ſubdit. ꝛ deinde exclamationē facit cōtra ſegniciē ſomniorū
atq̄ verſutias diaboli. apoſtrophando ad eundem. vt patet in proceſſu.
¶ Cōſtrue. O cultor dei. o xpicola. memēto. i. recolidare. te ſubiiſſe. i. in
traſſe ſanctū rorem fontis ꝛ lauacri. i. mundatū eſſe ſpirituali lotione in
baptiſmo. ꝛ per hoc purgatū ab originali peccato. Et o cultor dei memō

to.te innouatū.i.regeneratū chrismati.i.oleo sancto.ac per hoc ꝓtectū ⁊ armatum contra impugnationes diaboli Ecce duo magna beneficia collata hoi xp̃icole a deo. Primum q̃ baptisatus sit contra pctm̃ originale Secūm q̃ sit crismate vnctus cōtra impugnationes diaboli. Cui rei etiā aliud consiliū subiungit circa quietam nocturnā in versu sequenti.

Fac cum vocante somno castum petis cubile: frontez locumqz cordis crucis figura signet.

¶ Constrve. O cultor dei. fac cū ꝙ qñ petis.i.accedis.castum cubile.i. mundum ⁊ tutum locū nocturne quietis somuo vocante.i. sopore id exigente ⁊ incitante: q̃ figura.i.signū scē crucis signet frontē locūq̃ cordis id est pectus tuū ꝓpter misteriū passionis dñice.quod per signum rep̃sentatur.et effectum operatur sequentem.

Crux pellit omne crimen fugiunt crucem tenebre: talli dicata signo mens fluctuare nescit.

¶ Constrve. Crux.i.signū crucis vel passio dñi.pellit.i.removet vel fugat oē crimē.i.pctm̃ seu malū. ⁊ tenebre.i.pericula tenebrarum siue miserie nocturne.fugiūt crucē.nox em̃ est amica ꝺdomīb⁹.i.diabol⁹ nocturno tp̃e holem invadēnibus. ⁊ cōtra illos facit signū crucis. nō solū ꝓtuz ad corpus.sed etiam ꝓtū ad alam.q̃ mēs.i.ala dicata.i.signata.vel confirmata.tali signo.s.scē crucis.nescit fluctuare.i.dubitare de fide. ⁊ errare a conscientia intentionis virtuose ꝓpter pigritiē ⁊ porrecta siue apparitiones vanas somniorum (cōtra q̃ exclamat versꝰ sequēs) vel propter suggestiones diaboli de q̃bus sunt versus alii deinde sequentes.

Procul o procul vagantum porrecta somniorum: procul esto paruicaci prestigiator astu.

¶ Exclamat contra somnia ⁊ cōtra inuēcionē siue presentatiōē somniorū porrecta.i.signa somniorū vagantū.i.apparitionū vagaꝝ in somnis sint ꝓcul.i.longe vel remote. o ꝓcul.resumit causa maioris vehemētie. ⁊ o tu prestigiator.i.deceptor ⁊ illusor sensuū humanorū diabole. paruicaci astu i.pseuerente violenta ⁊ importuna siue ꝓterua ac improba callicitate decipienti. esto.i.sis ꝓcul ⁊ longe. ¶ Īrē prestigiū est species magice artis qua ludificentur ⁊ decipiuntur oculi hoim.vt.i.appareat quod non est.

O tortuose serpens qui mille per meandros: fraudesqz flexosas agitas quietas quieta corda

¶ Apostrophat ad eundē prestigationē diaboluz obtestans vt recedat a nobis. Et legatur duo versus simul hoc modo. ¶ Construe o tortuose serpēs.i.maliciose demon. q̃ agitas .i.turbas ⁊ commoues. quieta corda id pacificas mentes per mille meandros.i. per varios modos decipiendi. Meander pro flexositate anni ponitur. hic methaphorice stat ꝓ obli-

quisqn directi circuitionibus dyaboli ad decipiendum.q; pro t.flexuosas fraudes t intricatas deceptiones. Flexosum dicitur qđ plures flexuras id est curuaturas t inuolutiones habet.vt serpēs cū se inuoluit. Hic autem methaphorice penitur.qui enim defraudare intendit.recta via non procedit.sed oblique t flexuose.

Discede xp̄s hic est hic xp̄s est liquesce: signum quod ipse nosti damnat tuam cateruam.

¶ Construt.& tortuose serpens. discede.i.fuge recede.q; xp̄s est hic.i. adest nobis.t liquesce.i.euanesce(methaphora est. sicut enim cera dicit liquescere a calore solis)q; xp̄s est hic ad defensionem nostram(Resumitur illa clausa.christus est hic.ad exprimendum vehementiā indignationis contra dyabolum.t ad inuoniendum illi maiorem terrorem)immo signum.scz crucis.quod tuipse nosti.i. nouisti. damnat.id est destruit.tuā cateruam.i.societatem

Corpus licet fatescens iaceat reclive paululum: xp̄m tamen sub ipso meditabitur sopore.

¶ Respondet ad id quod diabolus obiscere posset de torpere t imbecillitate corporis dormiētis.ne sibi in illa re cōfidere debeat diabolus credēs sup illā liberius inuadere posse holem quiescentē. ¶ Construe.Ut licet .i.quāuis corpus fatescēs.i.fatigatū ex laboribus diurnis. iaceat paululum.i.modicū reclive.i.bassum.p requie capienda. tamen nichilominus meditabitur xp̄m.i.cogitabit de xp̄o sub ipso sopore.i. tempore somni et dormitionis sue. Juxta illud. Media nocte surgebam ad confitendū tibi. ¶ Etiam potest sic intelligi quāuis nūc fragiliter declinet homo a mandatis dei.statim tamen diuina gratia cooperāte in cognitionē dei t emendationem vite debet respicere t reuerti.

Gloria eterno patri: t xp̄o vero regi: paraclytoq; sancto: t nunc t imperpetuū. Amen.

¶ Dicitur laus trinitati. Expositio patet.

Pange lingua gloriosi prelium certaminis t sup̄ crucis tropheū dic triūphū nobilē: qualiter redēptor orbis immolatur vicerit.

¶ Iste hymnus continuatur superiori Dixerat enī q; dūs positus fuit in cruce.t latus eius pforatum.t sic deprecamur eū.q; sicut mortuus est.id est sicut corpus assumptū ex virgine.in cruce dimisit. t ad inferna descēdit. t cū dyabolo pugnauit.t cū superauit:sic faciat nos vincere cūcta in nobis aduersantia.s.dyabolū t mūdū cū c ōcupiscentijs suis. t domestico inimico.s.carnē nostrā.de qua etiā sic ō. Quāto fa mollor tanto peri

cultor. ¶ Cõstrue. O lingua pange. i. manifesta. prelii certaminis gloriosi. i. victoriam. quam victoriã xp̃s obtinuit ẏm carnẽ quando vicit mortẽ sua morte. Vñ O mors ero mors tua. ẽ.) ꝛ sup tropheũ. i. de victoria sãcte crucis. dic triumphum nobilem. de inimicis fugatis. qualiter redemptor. i. liberator totius mundi. immolatus est in ara crucis. vicerit. s. dyabolum. ¶ Et nota ꝙ ante passionem xp̃i duas manus. i. potestates. s. in corpore ꝛ in anima homis habuit. quia quosdam in corpore et anima. et quosdam tantum in anima post mortem temporalem trahebat ad se. Sz modo post passionem Iesu xp̃i. vnam tantum habet de duabus potestatibus ꝛ amisit vnam.

De parentis protoplasti fraude facta condolẽs: quã do pomi noxialis morsu morte corruit: ipse lignũ tũc notauit: damna ligni vt solueret.

¶ In hoc loco apostrophat se autor. Si aliquis forte diceret. quare fuit xp̃s immolatus. Respondetur sic. Qz condoluit de deceptione primi parentis sez Ade ¶ Cõstrue Christus condolens fraude facta fraudulenti parentis nostri Ade. protoplasti. i. primi formati. quando corruit. primꝰ parens. morte. i. in mortẽ. ꝛ hoc morsu pomi. s. vetiti. noxialis. i. nociui. ipse christus tunc notauit. ẏ est preordinando signauit. lignum sue crucis. vt solueret. id est recuperaret. damna ligni. sez quę venerant per lignuz id est pomum vetitum.

Hoc opus nostre salutis ordo depoposcerat: multiformis proditoris ars vt artẽ falleret: ꝛ medelam ferret inde vnde hostis leserat.

¶ Benedico ꝙ xp̃s tunc notauit lignũ vt solueret damna ligni. qz nullo alio modo poterimus recuperari. ideo. ¶ Construe. Ordo salutis nostre depoposcerat hoc opus (vt deus carnẽ sumeret ꝛ patibulum crucis subiret per lignũ. vt damna ligni solueret) vt ars. i. deus qui est artifex ozrerũ. falleret. i. destrueret. artẽ multiformis ꝓditoris. i. diaboli. vt illa res ferret medelã. i. salutẽ olim gentili. inde. i. ex illa re. sez a ligno. vnde. i. de quo ligno. hostis. s. antiquus. leserat. i. nonerat.

Quando venit ergo sacri plenitudo tẽporis: missus est ab arce patris natus orbis cõditor: atq; vẽtre virginali caro factus prodiit.

¶ Construe. Ergo. quando. i. postq̃ plenitudo temporis. i. quando vltima etas venit. i. quando deus sacrificauit filiũ. conditor orbis. i. xp̃us natus missus est ab arce patris. in mundum. atq; factus caro. vel carnalis. prodiit. id est exiuit. de ventre virginali. ¶ Et nota ꝙ sicut flos sine macu-

la pulcher ⁊ olens ac ſuauis naſcitur. ita xp̃s ſine ſemine et ſine crimine de vtero virginis marie prodiit.

Vagit infans inter arta poſitus p̃ſepia: mẽbra pãnis inuolu ta virgo mater alligat: pedes manuſq; crura ſtricta cingit faſcia.

¶ Conſtrue. Infans. i. xp̃s poſitus iter arta. i. anguſta preſepia. vagit. i. plãgit (⁊ eſt vagire ꝓpriũ puerorꝫ) virgo. ſ. maria mater ſua. alligat mẽbra ſua inuoluta pãnis. ⁊ faſcia. i. virtella. cingit pedes manus ⁊ crura

Gloria ⁊ honor deo vſq; quo altiſſimo: vna patri filioq; inclito paraclyto: cui laus eſt ⁊ poteſtas ꝑ eterna ſecula. Amen.

¶ Conſtrue. Gloria ⁊ honor vſq; quo ſit deo altiſſimo. vna. i. equaliter patri ⁊ filio. ⁊ in clyto paraclyto. i. glorioſo ſpirituiſctõ. i. tribus gloriis. cui. i. vni deo ſoli eſt laus ⁊ poteſtas. per eterna ſecula. Amen.

Lustra ſex qui iam peracta tempus implens corporis: ſe volente natus ad hoc paſſioni deditus agnus in cruce leuatur immolandus ſtipite.

¶ Iſte hymnus cõtinuatur ſic. xp̃s erat triginta annorꝫ cũ eſſet paſſioni deditus. Et eſt luſtrũ ſpaciũ quinq; annorꝫ. ⁊ dr a luſtrãdo. eo q; Romani luſtrabãt ꝑ ſpaciũ q̃nq; annorꝫ in capite tota romã. ⁊ noſtriſimiliter ꝑ quinq; etates debemus luſtrare tota romã. i. eccleſiam vincentẽ inimicos Et poſſunt legi ablatiui caſus (Luſtris ſex iam pactis) melius tñ in accuſatiuis caſibus. vt ſic. ¶ Conſtrue. Chriſtus. q̃ eſt implens tẽpus. i. etatem corporis. ſ. humani. ꝑ ſex luſtra iam pacta. natus. ſe volente. i. ſua ſponte natus. ad hoc vt pateretur. agnus. i. xp̃s deditus paſſioni. leuat in cruce a iudeis immolandus. i. ſacrificandus. ſtipite. i. in ligno.

Hic aceto fel arũdo ſputa clauis lãcea mite corpus perforatus lãguis vnda profluit: terra põthus aſtra mundus quo lauantur flumine.

¶ Conſtrue. hic. i. in cruce. dederũt ei fel mixtũ cũ aceto. arũdo. i. calamꝰ tradit ei in ſignũ derriſionis ꝑ ceptro. ⁊ preter hec. ſputa adhibita ſũt ei. mite. i. ſuaue corpus. perforat cũ clauis ⁊ lãcea. ⁊ inde ſanguis ⁊ vnda. ꝑ fluit. i. eriuit de corpore eiꝰ. quo flumine. i. pio qua effuſiõe ſanguinis. terra. i. huiles. põthus. i. fluctuãtes vitio. aſtra. i. iuſti. ⁊ mundus. i. mundani lauantur. i. purgant. ꝑ aquã debemꝰ intelligere baptiſmũ. per ſanguinẽ chriſma. Et dicũt quidã q̃ angeli boni purgati ſũt de labe quã habuerũt de illis q̃ ceciderũt. vt Lucifer ⁊ cõplices eius. Ideo dicit aſtra.

CRux fidelis inter oēs arbor vna nobilis: nulla silua talem profert fronde flore germine: dulce lignū dulces clauos dulce pondus sustinet.

¶ Et quia redemit nos in cruce: omnes debem⁹ clamare. O crux fidelis arbor inter omnes es vna. i. sola nobilis. q̄ nulla silua profert talem arborem. fronde. i. protectione. flore. i. decore germine. i. radice. Vel flore. i. christo (qui vocatus est flos a prophetis: quia sicut flos procedit sine feditate vel aliqua putredine. ita xp̄s ex vtero virginis processit sine aliquo peccato.) Dulce lignū fuit illud quod sustinet dulces clauos xp̄i. dulce pondus. i. xp̄m.

Flecteramos arbor alta tensa laxa viscera: ⁊ rigor lentescat ille quem dedit natiuitas: vt supni membra regis miti tendas stipite.

¶ Construe. Et precium mūdi pependit in te. Ideo. O arbor alta. flecte id est humilia ramos. i. brachia crucis. ⁊ laxa. i. relaxa viscera xp̄i. tensa. i. extensa in te. ⁊ ille rigor. i. duricia lentescat. i. mollescat. quem rigorem natiuitas. i. natura. dedit tibi vt tendas stipite. i. in cruce. miti. i. humili. membra superni regis

Sola digna tu fuisti ferre seculi precium: atq; portum preparare nauta mundo naufrago: quem sacer cruor punxit fusus agni corpore.

¶ Construe. Tu sola fuisti digna. s. ferre precū secli. i. sustinere illuz qui fuit appreciat⁹ triginta argēteis. atq; preparare portū. quasi nauta. mūdo naufrago. periclito. i. olbus periclitantibus. quē mūdū sacer cruor. i. sanctus sanguis punxit. i. mundauit. ille dico fusus de corpore agni.

Gloria ⁊ honor deo vtq; quo altissimo. vt supra.

CHorus noue hierusalē: nauā melli dulcedinem promat celens cū sobriis paschale festū gaudiis

¶ Metrum est iambicum. autor Ambrosius. Materia hymni est militari ad laudē festi pascalis: cū militaueramus contra diabolum. Dicit ergo chorus. ⁊c. ¶ Nota q̄ hierusalem primo vocabatur Jebus. secūdo Jebusalem. tertio. Salem. quarto Hierusalē. per quā significatur multiplex hominis status. Jebus enī interpretatur conculcamen. hoc est quando aliquis in adolescentia intonsus efficitur. Jebusalem interpretatur pax conculcationis. et hoc est quando aliquis habitat ⁊ delectatur in pcēctis. Salem interpretatur visio pacis. et hoc est quādo aliquis est reuersus a vitijs. Hierusalem aūt interpretatur visio pacis. ⁊ hoc est quando

aliquis fruitur celesti gaudio. Unde hoc nomē hierusalē quatuor modis accipitur quo ad litteram. Hierusalē ē illa ciuitas palestine. Anagogice hierusalē interpretatur ecclesia triūphans. scz chorus celestis patrie. vt hic ¶ Cōstrue. Chorus noue hierusalē. i. noue aie. scz cuiusliber holis bñ innouati et purgati a vitiis. Promat nouā dulcedinē melli. i. dulce melos. ¶ Melli ōr a mel. qr sicut mel fit ex diuersis generibus rerū. ita ⁊ melli est qđ fit ex diuersis nozulis nouū. Uñ ōr. Cāte ste dño cāticū nouū. Mel em ōr a miscendo. Uñ phibetur in lege. q nemo in sacrificatio poneret mel: sed fēm sal. Mel em fit ex diuersis generibus rerū. Homo em nō debet esse diuersus: sed vnifoīmis in bono. Unde Uinū ⁊ sicerā nō bibet Et sumitur vinū hic in mala significatione. quia vinum in se est bonū: sed ab vtentibus vino nociuū est tam in corpore q in alia. Sycera fit ex diuersis generibus rerum. que simul mixta vnum corrumpit aliud. vt de seruisia aut granā corrūpit aquā: aut aqua granū. Ille ergo bibit sycerā qui facit aliquid quod videtur esse de genere bonoz: cum non sit. Ergo sobrie iuste ⁊ pie viuam⁹ in hoc seculo. iuste quo ad proximum. pie quo ad deum. sobrie quo ad nosmetipsos.

Quo xp̄s in uictus leo: diacone surgens obruto: dum voce viua personet: a morte sanctos excitat

¶ Construe. Quo scz festo paschali. xp̄s inuict⁹ leo (teste ꝓphisologo) sicut leo rugitu suo resuscitat catulū post triduū: ita pater in diuinis suū filiū quare dict⁹ est leo. surgēs. i. resurgens. obruto diacone. diabolo lapso. dum viua voce personet. vt genimina viperarum quis docuit vos fugere a ventura ira. Uel generaliter potest legi de angelis q̄ vna voce resuscitabunt mortuos ad iudicium. ⁊ sic exitat functos. i. defunctos a morte. id est a peccato mortali (sm primam lecturam) vel a morte. scz quam omnis homo habebit

Quam deuorarat impiobus: predā refudit tartarus captiuata te libera: iesum sequuntur agmina.

¶ Cōstrue. Xp̄e. s. de⁹ refudit. i. retrofudit predā. i. rapinā. quā tartarus. i. infernus impiobus. i. insatiabilis. deuorat. i. deglutinerat. captiuata agmina. i. aie sanctoz detente libera. i. liberata sequuntur te. s. xp̄m.

Ipsum canendo supplices rege precemur milites: vt in suo clarissimo nos ordinet palatio.

¶ Cōstrue Nos supplices milites. i. humiles ꝓcemur ipm regē. i. rogamus xp̄m. vt ordinet nos. i. disponat nos. in suo clarissimo palatio. i. celo inter sctōs. Uñ euāgelista. In domo patris mei multe mānsiones sunt. ⁊c

Per secla mente nescia: patri supremo gloria: honor q sit cum filio: ⁊ spiritui paraclyto. Amen.

¶ Construe. Gloria sit patri supremo.i.excelso p secla.i.p secula(p syncopam(gloria dico.nescia mente.i.incōprehensibilis mente hūana.q; deus incōprehensibilis est.t honor sit ei.s.patri in diuinis cū filio.s.iesu xpō et spiritui paraclito.i.sancto. Amen.

Iesu saluator seculi verbum patris altissimi, lux lucis inuisibilis: custos tuorum peruigil.

¶ Materia huius hymni est oratio ad iesum. vt corpora nostra laborib⁹ diuinis fatigata nocturna quiete velit recreare. t ab hoste diabolo nos defendere t liberare. ac ne ita caro dormiat q; mens in sopore pernitiosum incidat. ¶ Primi duo versus legentur simul Et ponit plura attributa iesu laudativa t benivolentie captiua. ¶ Construe O iesu xpe saluator.i. redēptor seculi.i.mūdi.verbū.i.filius altissimi patris.s.dei(Et ista generatio difficulter capi pōt.q; dicit Ysaias. Generationē eius quis enarrabit)lux inuisibilis lucis.s.productiua.hoc est claritatis glorie celestis(q̄ videri non pōt carnalibus oculis.sed diuinis t glorificatis tantū)vel lux i.filius inuisibilis lucis.s.dei patris)qui similiter videri nō pōt ab oculis carnalibus.iuxta illud. Non videbit me homo t viuet)peruigil custos.i. diligens obseruator t tutor.tuor.s.fidelium.

Tu fabricator olim: discretor atq; temporum: fessa labore corpora: noctis quiete recrea.

¶ Construe. Tu fabricator.i.creator olim.s.rerum.atq; discretor.i. distinctor t dispositor tēporū.p motū celi(quē tu solus gubernas tu recrea.i.refove t refocilla.corpora.s.nra.fessa.i.fatigata.labore.s.diurno. quiete noctis.i.per dormitionē nocturnā.vt.s.tpūs depressi in nobis vigilantibus per labores: reparentur t restaurentur per somnum.

Te deprecamur supplices: vt nos ab hoste liberes ne valeat seducere: tuo redemptos sanguine.

¶ Construe. Ista est principalis deprecatio in hoc hymno. Nos supplices.i.deuoti.deprecamur.i.rogam⁹ te(Et sic illa prepositio de auget aliquando.t quandoq; diminuit. vt apud Ouidiū Sepe precor. morē mortem quoq; deprecor idez.i.minime precor. immo vt mors non veniat precor)vt liberes nos ab hoste.i.diabolo.ne.i.vt non ipse valeat.i. possit ēt sufficiat.seducere.i.defraudere et illaqueare redemptor. scz nos tuo sanguine.effuso pro nobis tempore passionis tue. Etiam in finem qui sequitur ordinatur dicta predicatio.

Ut dum graui in corpore: breui manemus tempore: sit ratio nostra dormiat: vt mens soporem nesciat.

¶ Construe. Ut dum.i.tpore quo manemus.i.persequeremur breui tēpore quo hic viuimus. Tēpus enī vite nostre dicitur ēt cōparatiue ad vitā

celestem: quia mille anni nō sunt momētū respectu vite celestis. vt dicit psalmista. Quando mille anni añ oculos tuos tanq̄ dies hesterna q̄ pieterijt. ꝛ vix pōt hō hodie centū attingere quia in potētatibus. i. i bene cōplexionatis octoginta anni sunt ꝛ amplius eoꝝ vita est labor et dolor. in graui corpore. qō mole carnis subiectū multis passionib⁹ ꝛ miseriis grauatū redditur ꝛ ipotēs ad resistendū hosti diabolo ꝛ torpidū ad seruiendū deo. Et hoc tangit Aristo. primo methaphisice. dicēs q̄ humana natura multipliciter est ancilla. vel corpore graui grauato mole criminū. Et ergo ne succūbamus qualitercūq̄ vel in miseriis vel in criminib⁹ caro nostra. i. sensualitas. dormiat. i. quiescat viuat ꝛ gerat se. sic vt q̄ mens. i. ratio nra siue xp̄s. nesciat sopore. i. pigritiā inordinatā somni ex quo reddit ipsa imbecillis ad operandū bona ꝛ leuandus se a sordibus pctōꝝ. quin immo peruigil custos iesus xp̄s sic carnē nostrā dormire permittat. vt alia nihilominus agilis ꝛ vigilans permaneat ad sibi seruiendū. et hosti ma ligno fortiter perfugam peccatorum resistendum.

Aurora lucis rutilat: celū laudib⁹ intonat mūdus exultans iubilat gemens infernus vlulat

¶ Materia presentis hymni est laudare oipotentē deū ꝛ extirpare vitia ꝛ adherere bonis operibus ꝛ virtutibus Et nota q̄ scta ecclesia ideo aurora dr. q̄ sicut aurora expellit tenebras. ita ecclesia sancta extirpat singula vitia ꝛ pctā. ¶ Cōstrue Aurora lucis rutilat. i. splendet. s. quādo aurora pullulat ꝛ incipit diescere. celum. i. celestis creatura intonat. i. resonat laudibus. mundus exultans. i. gaudens. iubilat. i. letatur seu glorificatur quia homines credentes in deum cantabant laudes deo. infern⁹ gemēs id est diabolus lugens. vlulat. i. plangit et lamentatur. q̄ dolet de amissione eoꝝ quos tenebat mortuos. s. Adam. Abraham. Jsaac. ꝛ alios sctōs quos deus traxit ad requiem eternam.

Cum rex ille fortissimus: mortis confractis viribus: pedes conculcans tartara soluit a pena miseros.

¶ Construe Dico q̄ celū tunc intonat laudibus. Cū. i. qñ rex ille fortissimus. s. dñs Jesus xp̄s. supple fuit cōculcans pede. i. pietate sua tartara i. inferna soluit. i. liberauit. miseros. s. homines. a pena. s. diaboli cōfractis viribus mortis. i. inferni seu diaboli.

Ille qui clausus lapide: custoditur sub mūite: triumphans pompa nobili/victor surgit de funere.

